ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: PS. DIONYSIUS AREOPAGITA. PS. ORIGENES. PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ANSELMUS CANTUARIENSIS. PS. ANASTASIUS SINAITA. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. ROBERTUS REMENSIS. THEOBALDUS DE SEXANNIA. HENRICUS DE LANGENSTEIN. IOHANNES MAGISTER. BONAVENTURA. IOHANNES DE FONTE. PETRUS LOMBARDUS. U.A.

6. Jahrzehnt 15. Jh. Seite 57v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36940

Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



adcrant nominabat Eidem
grates referens multiplices
hec astantibus ad eius ho
norem et gloriam locutus
Socius iste meus caris
simus Ieronimus Equalis mihi
in gloria equalis in sanctitate
morum laudum est hactenus se
riem prosecutus Idcirco
dignum est ut eius laudibus
nunc insistam Hic vere lux
est tenebras effugans errorum
et cunctos illuminans homines
a veritatis claritate cecos
hic fons est aque sapientie
salutaris Ad quem sicientes
dum accedunt largissime sa
ciantur hic arbor altissima
cuius cacumen celos ascendit
Sub cuius doctrine frondibus
de suavi eiusdem oris frut
tu aves celi scilicet homines in
genio subtiliores Et universa
pectora stilicet homines
parum intelligentes uberrime
saciantur hic mecum in seculo
fuit heremita et certe non
minus me carnem abstinen
tiis maceravit hic mecum
virgo nitidus atque purus
hic mecum prophetico spiritu
fuit illustratus hic mecum
doctor extitit veritatis Ego
propter iusticiam et veritatem
vitam corpoream dereliqui
hic et si sic vitam non amisit

temporalem propter iusticiam et doc
trine sue perspicacissime
tempus suum tamen totum gessit in
seculo in merito afflictionis et do
lore Ego christiane fidei procu
rari nuncius et gentium imi
tator hic postmodum veni
ens eiusdem extitit sustenta
tor et ab heretici tandem
lacerantibus defensator Ego
semel in baptismate manibus
propriis christum dominum tetigi in
iordane Hic christum non solum
semel manibus propriis habu
it sed multotiens in altari
Sed et in ore proprio manducavit
hic mihi in sanctitate per omnia
est equalis Nunc enim ambo
equali eterne vite premio
insimul congaudemus Hec
et alia multa prosequente beato
Iohanne quidem episcopus Cyrillus
non potuit memorie tota
liter commendare Nam hora
prima diei adveniente ec
clesiam custos intrans episcopum
intuitus dormientem eun
dem manibus excitavit
Expergefactus itaque pontifex
stupore admiratione et gau
dio magno ad modum que
viderat custodi cum lacrimis
enarravit Deinde illo die
missam solempnissime celebrans
visionem miraculum omni populo declaravit